



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Vrbibus, Templis,  
Bibliothecis, et aliunde**

**Sweerts, Pierre François**

**Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.**

Salmanticae.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](#)

Obiit anno M. D. XLIV. x. Aprilis,  
ipso cenæ Domini die,  
sepultus in D. FRANCISCI.

CAROLO V. Hispp. Rege Imperante,  
Illustris Dominus D. frater ANTONIUS DI

GVEVARA,

Fide Christianus, natione Hispanus,  
Patria Alauenis, genere de GVEVARA,  
Religione S. FRANCISCI, habitu hui<sup>o</sup> cōuentus,  
Professione Theologus, officio Prædicator &

Chronista Cæsari,

Dignitate Episcopus Mendonensis, fecit anno Do  
mini M. D. XLII.

*Posui finem curis, spes & fortuna valete.  
Orate Deum pro anima huius digniss. Episcopi.*



### SALMANTICAE.

**A**NNO Domini m. CC. Aldephonſus VIII.  
Castellæ Rex Pallentia vniuersitatem ero  
xit, cuius æmulatione Alfonsus IX. legio  
nis Rex, Salmaticæ itidem Academiam constituit,  
illa defecit deficientibus stipendijs, hæc vero in  
dies floruit, fauente præcipue Alfonso Rege.

### THEOLOGIAE SACRÆ.

Quia rerum diuinarū cognitione hominū men  
tes imbutæ terrena despiciant, cœlum votis petant,  
beatamque iam nunc incipient viuere vitam.

### IVRI CIVILI.

Quo possint Principes Remp. bene gerere, & cu  
ras hominum rectè componere, sitq; omnibus cor

di P

di Pax & Iustitia. Prudentiam maiorum hoc loco  
Senatus docendam curauit.

## MEDICINAE SERVATRICI.

Corpori ut anima inhabitet suauius, & vita tot  
periculis obnoxia cōfert, Senatus cōsuluit, & Phi-  
losophiā & Astronomiā.

IBIDEM IN PICTVRAM PALLADIS,  
quæ nascitur ex cerebro Louis.

Non aliud capite extanto prodire decebat,  
Non aliunde dari virgo Sophia potis.  
Quid salit armata? vt pugnet inuicta profanis,  
Defendat populos, regnaq; tutare regat.

## IBIDEM.

Ad fortunam, & Occasionem.

Artis opūq; potens occasio raptabeabit;  
Aggerat, ah! lacrymas cum fugitiua volat.

## MICHAELIS VERINI POETAE

Epitaphium, incertæ positionis.

Regia Pyramidum cedant monumenta, viator,  
Huic lapidi, quamquam marmora nulla vides.  
VERINVS MICHAEL decus immortale pudoris  
Clauditur hoc saxo, siste parumper iter.  
Quod latet ingenij sidus? quæ gloria Phœbi?  
Delicias orbis quam breuis vrna capit?  
Disticha composuit grauibus distincta figuris,  
Quæ possint sacris aquiparare libris.  
Iff brevis, argutus, facilis, sine felle pudicus:  
Littera plus nerui, quam sua carnis habet.